perit. quia spiritales divitias quibus carebant. illis donavit. Vinctum erat enim genus humanum catenis criminum et
carcere diaboli mancipatum. In mendicitate. id est in penuria vel afflictione animarum. Mendicitas ad indigentiam boni
pertinet. ferrum. significat duritiam malorum quam plerumque ferreum dicimus. quod durum esse monstramus. Cur autem hoc acciderit.
vide quid sequitur. Quia exacerbaverunt eloquia dei. id est precepta que mandaverat custodiri. Et consilium al
tissimi irritaverunt. id est respuerunt per eorum superbiam. quod dederat ut eligerent vitam. Consilium sancte trinitatis fuit.
ut per Christi incarnationem iudei redimerentur. sed illi tale consilium spreverunt quia Christum occiderunt. Et est vox
prophete deridentis credentibus et non credentibus. Et humiliatum est in laboribus cor eorum. Respuentes Christum iudei humi
liati sunt in vetustate littere. et laborant in circumcisione. Infirmati sunt. scilicet in fide recta a qua infirmitate nemo fuit
qui eos adiuvaret propter Christum. qui ad eorum salutem venit. quem tamen ipsi interfecerunt. Exponit enim in primo versu
quemadmodum peccaverunt. et in hoc solo que receperunt. quod scema in hoc psalmo frequenter diligens lector in
veniet. Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur. Quidam iudeorum conscientia suorum peccatorum tribulati. clama
verunt dicentes petro. Viri fratres quid faciemus. petrus autem dixit ad illos. poenitentiam agite et baptizetur unusquisque
vestrum in nomine domini nostri iesu christi. et crediderunt una die .v. et cetera. Et de necessitatibus eorum liberavit eos. scilicet fonte
baptismatis abluti. liberati sunt ab omnibus peccatis. et sanguine mortis Christi. Et eduxit eos de tenebris et umbra
mortis. Quosdam iudeorum eduxit de tenebris infidelitatis. et de perfidia sempiterne mortis a peccatis eos solvendo. Et vincu
la eorum disrupit. Ecce quare humiliati. quare infirmati sunt. scilicet ut ad dominum clamarent. delicta propria confitentes.
Silebant enim in elatione positi. et velut insensata pecora. nullum verbum salutare fundabant. Compunctio fac
ta est. et tunc vocem perfectam reddiderunt. Confiteantur domino. scilicet ab hominibus misericordie eius. Omnes homines qui vitam a deo accipiunt
ut bene vivant et credant. confiteantur deo gratias illi agentes. Et mirabilia eius. id est illi qui eius mirabilia audierunt. fi
liis hominum. Venit ad tertiam sectionem. ubi illum versum repetit quem in secunda parte iam dixerat. Hi sunt vinculati quasi
in medio calle positi. id est in carminis itinere constituti. Admonet enim liberatos gratias agere. quia ianuas peccatorum et
malorum omnium claustra virtus divina confregit. Cur autem eius ut misericordie confitende sint. ut mirabilia predicentur sequen
tia docent. Quia contrivit portas aereas. scilicet inferni. fortitudinem demonicam dominus moriendo destruxit. et eius
potestatem sibi vindicavit. Porte enee sunt hominum consuetudines viciose que nos ita peccatorum carceris re
cludunt. ut exeundi nequeant preberi licentiam. Et vectes ferreos confregit. Vectes autem ferreos spiritus in
mundos non improbe videmur accipere. qui illas ianuas peccatorum ne circumdatis exire liceat obserare nos
cuntur. Hec enim duo metalla. pro fortitudine delictorum videntur adhibita. Obseraverat quidem diabolus validis
simis seris suarum eductum creas valvas. ne ab eius iure regredi valeret genus humanum que omnia sua dominus
visitatione contrivit suscipiens eum in se. Suscepit eos. scilicet ad penitentiam scilicet de via iniquitatis eorum. id est de in
fidelitate. propter iniustitias enim suas humiliati sunt. id est propter perfidiam suam. Iudei dispersi sunt in omnibus gentibus.
Dicit enim propter iniustitias suas humiliatos. nulla humiliatione utili. Alia est enim illa humilitas que er
ga non ista que dicitur. Omnem escam. id est omne verbum dei abhominata est. id est respuit anima eorum. Iudei non cre
dentes omnem escam spiritualis intelligentie abhominantur ab anima sua. hoc est repellunt a sensu suo. Et ap
propinquaverunt usque ad portas mortis. Non videt qui abhominabantur spiritualem escam. sed quia nescientes cla
maverunt. crucifige crucifige. non dico pervenerunt sed appropinquaverunt. quia pro illis Christus oravit in cruce.
per quam orationem liberati sunt a porta mortis. id est ab eterna dampnatione. Et clamaverunt ad dominum cum tribu
larentur. et de necessitatibus eorum liberavit eos. Istum versum constat esse repetitum. quoniam in similitudine causa iterum
decuit esse sententiam. Sed vide qualiter eos liberavit. Quia omne verbum vite quod prophete pronuntiave
rant abhominati sunt. et appropinquaverunt morti. Tunc misit verbum suum et sanavit eos. Deus pater misit
filium suum et sanavit iudeos et gentiles ab egritudine infidelitatis. et languore peccati. et eripuit eos a
morte perpetua. que de multitudine peccatorum procedit. De interitionibus eorum. id est de corruptionibus in quibus se
ipsos demerserant. Confiteantur domino. scilicet ab hominibus misericordie eius. quibus excelsus se humiliavit. quibus deus homo fac
tus est. quibus immortalis pro mortalium vita subditur morti. Et mirabilia eius filiis hominum. quia inferni portas per

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 312, p. 222 – Remigius of Auxerre, Expositio in psalmos (http://www.e-codices.ch/it/csg/0312/222)